

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Daniel Simonius Heinrich Wernecke

**Exercitationum Practicarum Octava, Doctrinam De Veracitate, Virtute Heroica,
Semivirtutibus, Et Virtutibus Intellectualibus, Per Praecepta, Quastiones &
Axiomata, Synoptice exhibens**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729606414>

Druck Freier  Zugang



R U phil 1642

Daniel Simonius

Heinrich Wonnecke



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729606414/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729606414/phys_0002)

DFG

ΘΕΩΝ διδΟΥΤ^Q!

EXERCITATIONUM PRACTICARUM OCTAVA,
Doctrinam

De
VERACITATE,
VIRTUTE HEROICA, SEMI-
VIRTUTIBUS, ET VIRTUTIBUS
INTELLECTUALIBUS,

Per Praecepta, Quastiones & Axiomata
Synoptice exhibens,

Quam.

DEO duce & auspice.

Permissu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ

In almâ ROSARUM

Publicæ placideq; Philosophantium Διστοίψια
ventilandam submittunt

M. DANIEL SIMONIUS,

Nöribergâ-Marchicus

PRÆSES,

6

HENRICUS WERNECCIUS,
Wustrovio Brunsvigus, Respondens.


In Collegio Unicornis ad diem 31. Decembris,
matutinis.

ROSTOCHII,

Typis expressa NICOLAI KILI, Academie Typogr.

ANNO aera Christiana M. DC. XLII.

1642





ל ל ע י

Nimilia omnia prater hominem bruta esse
et aliorum, et vim omnem habere in corpore
positam, solum vero hominem ratione pol-
lere, eaque quam proxime ad divinam ac
caelestem naturam accedere, atque ita cum
divis animum, cum belluis vero commune
corpus habere, qui non intelligit, seipsum non intelligit, nec
qui de simulacrum gerat, novit: inveniri vero tales igno-
rantie sociennes non paucos, qui proinde unice, quae res in
ad ipsorum, vel ad lucellum parandum faciunt, querunt, vel
voluptates corporis studiosè venantur, ipsa quotidiana offa-
tim edoce experientia, ast se qui norunt, sibiq; connatum de-
fendunt, virtute exornant animum, et sapientia doctrinis, us
defendus tollatur, cum instituant, et qui metallo radi et non
dum depurgato, cuius exiguum est premium, erat similes, hunc
auro splendido et preciosissimo reddunt conformem. Et hoc
ut omnium esset studium, voluerunt veteres sapientie anti-
stites morumq; magistri, inde virtutum et morum praecepta
concinnarunt et grata posteritati commendarunt. Horum
dictum in proponenda doctrinâ morali hactenus sumus se-
cuti, et jam que restant epdem adjungemus et annetemus
filo: sint ita.

PRÆCEPTA.

I.

V Eracitas (a) est virtus moralis, quæ, moderans affectum ho-
mileticum exprimendorum animi conceptuum, mediocri-
tatem servat in iis quæ corde sentimus, dictis, gestibus, & actioni-
bus referendis.

A 2

2. Ex-

2. Extremum Veracitatis in excessu, est arrogantia, vitium quo quis plura, quam quæ vera esse novit, dicit, jactabundè deprædicando vel sua vel quæ alterius sunt. In defectu Dissimulatio, virtum quo quis minus, quam verum esse novit, dicit, subdolè negando & dissimulando, vel sua vel quæ sunt alterius.

3. Virtus Heroica (b) seu virtus in gradu eminentiæ summo spectata, est habitus, partim humanâ industriâ acquisitus, partim divinitus quibusdam concessus ad ejusmodi actiones perficiendas, quas homo solis naturæ viribus præstare non posset.

4. Extremum Virtutis Heroicæ in excessu est Feritas, vitium quo quis omni humanitate abjectâ contra rationem immanissima scelera perpetrat. In defectu est summa ignavia, vitium quo quis planè ineptus est ad omnem virtutis impetum, nec ea audet suscipere quæ ad virtutis spectant eminentiam.

5. Semivirtus (c) vel virtus imperfecta est dispositio, quâ animus excitatur & tendit ad perfectum virtutis habitum, habetq; conjunctam lucidam rationis cum appetitu. Species ejus sunt: Continentia, Tolerantia & Obedientia.

6. Continentia est virtus imperfecta quâ quis honestatis gratiâ sibi temperat ab inordinatis voluptatibus, cupiditate repugnante. Extremum ejus in excessu est Incontinentia, vitium quo quis circa voluptates ab affectibus inordinatis vincitur & invitus ad peccandum trahitur: Habetq; duas species: Præcipitantiam quâ quis subito ad actum vitiosum abripitur: & Infirmitatem (d) quâ quis post continuatam reluctanceem à voluptatis cupiditate vincitur & succumbit. Extremum in defectu est, omnimoda omnium voluptatum etiam honestarum, aversatio: vitium rarissimum.

7. Tolerantia est virtus imperfecta, quâ quis molestias & res adversas cum dolore quodam ac lucidâ perfert honestatis gratiâ. Extremum ejus in excessu est Pertinacia, vitium quo quis quosvis dolores & adversa sine honestatis ratione perfert. In defectu molitiae, quâ quis nullas plane molestias honesti gratia vult sustinere.

8. Obedientia est virtus imperfecta, qua quis prudentioris præscripto se subjicit honestatis ac decori gratiâ, licet habitum ejus rei cui asservescit, nondum perfectè possideat. Extremum ejus utrinque dicitur Inobedientia.

9. Vir-

9. *Virtus (e) intellectualis* est habitus, quo anima affirmando & negando verum enunciat: vel quo circa cognoscibile in veri acquisitione intellectus perficitur. Species ejus vulgo numerantur quinq;: Intelligentia, Sapientia, Scientia, Prudentia & Ars.
10. Intelligentia est habitus primorum principiorum.
11. Sapientia est habitus constans ex Intelligentia & Scientia.
12. Scientia est habitus demonstrativus ex necessariis principiis.
13. Prudentia (f) est habitus cum rectâ ratione activus, circa ea quæ homini bona vel mala sunt moraliter.
14. Ars est habitus cum rectâ ratione effectivus.

Notæ.

(a) Veracitas hæc Virtus rectius dicitur quam Veritas, non tantum quia hæc ambiguè & variè sumitur, vel in sensu mystico, ubi ipsum Deum notat, vel in sensu theoretico & actu signato uti ad Ontologiam spectat, & definitur congruentia cum intellectu divino, vel in actu exercito uti ad omnes disciplinas spectat, vel in actu directivo, qua ratione finis est in logicis: Sed & objectum hujus virtutis commode dicitur & notat harmonicam congruentiam cum corde dicentis & re qua dicitur: Sapientia tamen ut aequipollens veracitati usurpatur, qualia etiam sunt sequentia, Candor, Integritas, Ingenuitas, Sinceritas: gr. ἀληθεία à σερηπιώ α & λαθεῖν, quod si μὴ λαθέντες & latere vel abscondi erubescat. Constat objectum ejus internum & externum ex definitione & dictis: Extremum utrumq; uno verbo dicitur mendacium, nam id quod in excessu est, mendax est affirmatio: in defectu mendax negatio: Mendacii igitur άλογεψις nobis his qualiscunq; suscipienda est, & definitur illud in generè non ut strictè sumtum opponitur veritati, sed sensu ad modum laxo, inconvenientia cordis & oris, gestus, vel operis: Distribuitur autem in licitum & illicitum: illud est quod fit ob honestam & justam causam salutis vel propriæ vel alienæ, aut recreationis gratiâ, sine injusta nocendi voluntate. Et est vel officiosum vel jocosum: illud dilectioni Dei & proximi officiose inservit, hoc joci & recreationis gratiâ proferatur: illud benignitatis, hoc jocostatis alias dicitur. Illicitum, quod alias perniciosum & malignitatis mendacium dicitur, propriè veritatis

titati oportuit, & est vitium quando quis falsum profert diffin-
itat contra conscientiam veritate cum cupiditate nocendi & de-
cipiendi, nec non ex ingenij vanitate & malitia.

(b) Heroica dicitur virtus perfectissima & splendidissima, fa-
cta denominatione ab heroibus, hoc est, viris praecellentibus & il-
lustribus qui praeclaris in genus humanum meritis & virtutum e-
minentia aliis transcendunt. Horum enim propria haec virtus &
quasi peculiaris dicitur. Vocatur à Philosopho ἡ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετὴ,
ἥγενη, καὶ θεῖα, τιμωτεցον ἀρετῆς Latini eam alias vocant virtu-
tem & affectionem divinam, non quod Dei sit affectio & virtus,
sed quod à Deo ad singulare quid perficiendum hominib⁹ speciali-
ter concedatur, dum divinitus ad praeclara & eximia facinora quidam
commoveantur, & simul reléta quasi sorte humana ad Dei simi-
litudinem eleventur. Deus causa ejus est primaria, cuius sine affla-
tu nemo vir magnus unquam extitit; Ductu vero ejus heroës vin-
cunt ista quibus passim humana succumbit conditio. Succedit de-
inde disciplina & informatio, singulare corporis temperamen-
tum & id genus alia, quæ ad virtutem moralem popularem re-
quiruntur & ea hic in eminentiori gradu spectantur; & mediocri-
tas ipsa ut in omni morali datur, ita etiam hic in splendore & emi-
nentia moralium invenitur, quod inter cetera extrema ejus pla-
num faciunt; quæ dari cum exempla prostant plurima, quis jure
ambiget? Et licet extremum ejus ἐλαττίστικόν non adeò frequens sit,
Sybaritas tamen, in voluptatum architecturā operosissimos, quos
ultra beluarum sortem se abjecisse & hac lege usos esse constat;
nemo nostrum frugi esto, eo labores nobis maximè fit verisimile.
Frequentius autem proh dolor! vitium ὑπερβολικόν, θηριότης, im-
mune certe & propter enormitatem Diabolicum jure vocandum,
quo contaminatum legitimus Herodem Βρεφοχτίνον, de cuius a-
tricissimis sceleribus & crudelitate inaudita & sacra & profana
prostant testimonia: Neronem Imperatorem flagitosissimum
quem matrem, uxorem, affines & viros aliquos illustres interneconi
dedisse notum, Hattenem Episcopum Moguntinum, quem multos
mendicos horreo inclusos crudeliter combussisse, eorumq; ejulatu
mirè delectatum fuisse ajunt, Heliogabalum salacissimum & im-
pudicissimum, Caligulam, Claudium, Domitianum, Dionysium.

Majo.

Majorem, Basilidem, Phalaridem, homines crudelissimos, & alia
hominum monstra eodem labore esse vitio constat: Et Lamias vel
Stryges quis negaverit sub feritatis signis militare?

(c) Semivirtutum existentiam is fortè negaverit quem pro-
pria nunquam coëgit conscientia ut cum Medeà ingeminaret;
Video meliora proboq; deteriora sequor. Illarum à perfectis vir-
tutibus differentia imprimis in hoc consistit, quod perfectæ cupid-
itates planè & plenè dominas continent sub rationis freno: Im-
perfectæ verò sentiunt rationis & appetitus luctam & in hunc nom
obtinent plenum dominium: Comparantur verò & ipsæ affuetu-
dine & industriâ: duas harum species, continentiam & Toleran-
tiā Aristoteles lib. 7. Eth. Nic. fusiùs pertractat, quibus à non-
nullis additur obedientia, ut antea est descripta: & habetur ejus 1.
Eth. Nic. c. 2. vestigium, ubi Philosophus verbis Hesiodi primas
bonitatis partes tribuit ej qui ex se sapiat, alteras verò ὁσ εὐ ἐμύλε
πίθηκοι, qui rectè monenti obtemperet. Objectum ejus est præ-
scriptum prudentioris qui dictitat & inculcat quod honestum est.
Et hæ semivirtutes singulæ seorsim sumtæ tot modis variantur, &
tot sunt quot virtutes perfectæ. In omni enim virtute continentia
prærequiritur & tolerantia, in dō & obedientia, qui enim virtuti pa-
ret hac obedientia obediens est, & singulæ semivirtutes sunt viæ ad
virtutes singulas perfectas.

(d) Infirmitatem magis reprehendendam esse quam præ-
cipitantiam statuimus cum Philosopho: Præcepis enim ab affectu
vehementiore abripitur, antequam de remedio cogitare licet: sed
imbecillis non ita, verum deliberatione prævia capitur. Tum præ-
cepis ab affectibus ut plurimum vehementioribus qui cum impetu
eum invadunt vincitur, imbecillis verò etiam levioribus palمام
tradit: Ut igitur facile fieri potest ut inermis ab hostium multitudine
vincatur: Ita præcepis hostilibus facile succumbit affectibus,
sed magis vitio vertendum, si quis armatus à paucis supereretur hosti-
bus, & proinde etiam, si quis telo deliberationis instructus ceda-
affectibus, id quod agunt infirmi.

(e) Virtutes intellectuales, quin propriè dicantur virtutes du-
bitant alii, nos minimè: Harum verò præmissa moralium doctrinā,
etiam ad calcem Ethices aliqua à nobis suscipienda est tracta-

pe

io. Intellectuales vocantur ratione subjecti intellectus scil: quena perficiunt, grācē Αλεγονήν ἀντὶ τῆς Αλεγονίας non specialissimē pro solo λόγῳ μόνῳ & facultate discursiva sumptae, sed latius ut mentem & intellectum notat. Perficiunt verò intellectum tam theoreticum quām practicum veri inquisitione, idq; duplici viā: contemplativā nempe & practicā: & occupantur circa cognoscibile quod vel contemplativum vel practicum: Unde & ipsi intellectus habitus dicuntur theoretici vel practici: illi in nudā veritatis contemplatione conquiescunt, nec per se ad actionem spectant: ut Intelligentia, Sapientia & Scientia: hi quidem & ipsi contemplationem, cui subjiciuntur, dum ē potentia intellectus in intellectum inducuntur, prærequirunt, sed tamen in opus aliquod tendunt: ut Prudentia & Ars. Intelligentia definitur accuratiū & plenius, Virtus intellectus speculativa, quā prima & indemonstrabilia principia cognoscimus, iisq; firmiter assentimur: Hæc Noologiam nobilissimam & omnium facile primam disciplinam perperit: Sapientia, quæ alias & prima Sapientia Aristoteli dicitur, Metaphysicæ synonymum, est virtus intellectus speculativa ex primis principiis conclusiones eliciens universalissimas. Scientia, alias sapientia secunda, est virtus speculativa ex certis principiis secundis vel rationibus à priori eliciens conclusiones de subjecto determinato, qualis Physica, Pneumatica, & Scientia Mathematicæ. Brevis hæc quisquis cupit determinari, ita habe: Contemplabile respicit vel rerum affinitatem, unde Intelligentia habitus von tinet, vel rerum quiditatem, inde Sapientia, in communi & ut sic spectata, habitus Αλεγονήν, cum notitia principiorum noticiam conclusionum conjungens.

(f) De Prudentiâ & arte notandum: convenire eas in multis, & differre præterea: conveniunt, quia circa contingentia qualia ab hominum dependent arbitrio ut fieri vel non fieri possint, versantur, & ad operationem tendunt: sed differunt quod prudentia propriè agit, ars efficit, illas est πεῖσμα, hujus παῖδες. Sumitur autem πεῖσμα interdum generaliter ut & actioni & effectioni convenit, interdum specialiter, ut τὸ μῆνιν contradistinguitur; hoc modo πεῖσμα est operari secundum rectum judicium, ita ut operatio non ad aliud quid referatur, sed sibi ipsi ultimus finit sit.

101

πολεῖν verò efficere aliquid vel in subjectam materiam formam in-
ducendo organis corporeis, vel aliàs externè in alio operando per
vim locomotivam.

QUÆSTIONES.

1. An omne mendacium peccatum sit & illicitum?

Nota est πλαυθύλησις τριχοτρία mendacii in officiosum, jo-
cosum & perniciosum, quibus alij addunt poëticum, Ironicum &
hyperbolicum. Ex his consensu orthodoxorum Theologorum &
clarissimorum Philosophorum solum pernitiosum culpabile dici-
mus: notæ enim veri mendacii genuinæ sunt: 1. ut proficiatur
ex ore & corde dissonantibus, ex ore illito melle & corde illito felle,
2. ut falsum sit id quod profertur, verum quod celatur. 3. ut ex ani-
mo fallendi & nocendi cupido tendat in contumeliam proximi.
4. ut ex ingenii vanitate vel mentiendi libidine citra probabilem
honestam ac utilem causam proferatur: haec notæ cum tantum
perniciose mendacio per se insint, illud etiam est peccatum per se &
propriè: cum vero cæteris speciebus, quæ tantum nominetenus
mendacia, voce hac generalissime sumptuosa, dictæ notæ non adsint,
in iis condemnandis non erimus præcipites, nec rebus verè malis
accensebimus. Officium speciatim quod attinet, si cu[m] nullius fiat
detrimento & multorum adjumento, non est mendacium, sed dis-
simulatio cum prudentia conjuncta quæ esse potest hominum pru-
dentium: Jocosum actus est virtutis homiletica, qui malus esse ne-
quit, nisi cedat in damnum proximi, & intentionem habeat malitiae,
Poëticum mendacium etiam nullum est, aliàs enim Poëtae forent
mendaces proprio nomine, quod ἀννην, fabulis enim insigniter
elaboratis & ad delectationem compositis ad virtutis hortantur stu-
dium, & figura eorum nihil aliud sunt quam veritatis repræsen-
tatio, sub similitudinum involucris, & præcepta saluberrima sub au-
læo scenico occultata. Ironicum pariter non est per se mendacii vi-
tiosi titulo dehonestandum: nam & in sacris literis non paucæ iro-
niæ continentur, quas si mendacia proclamaremus, in autorem primariū ea redundaret contumelia: idem de hyperbolico concluden-
dum, cuius sensus dijudicandus est, non verò apices literarum, qui-
bus continetur, non tam πέρην quam Δέσμων spectanda:

B

2. An

2. An omne falsiloquium sit mendacium, & num omnū qui falsum
dicit statim mentiatur?

Distinguuntur accuratè à Philosophis sequentes termini, falsiloquium, falsitas, mendacium, mentiri, mendacium dicere, mentiri Logicè & Ethicè. Falsiloquium & falsitas primò differunt, qna hæc etiam in mutum cadit, de quo tamen non potest dici falsiloquium: tum falsitas stare potest cum veriloquio: qui enim nova narrat, sæpe falsa profert; & verè quidem, cum conformitate orationis internæ & externæ: Falsiloquium porrò & mendacium variis distinguuntur modis, nam dicere licet: omne mendacium est falsiloquiū, verūm non vice versa: omne falsiloquium est mendacium, similitudo enim officiosa, qualis erat e. g. Jacobi erga Patrem Isaacum de Esavo cum quæreret, non est mendacium in rigore sumptum: Falsiloquium ratione materialis nempe falsitatis convenit cum mendacio, sed non ratione formalis, quod ab animo fraudulentio & deceptionem intendente desumitur in mendacio, non item in falsiloquio: Tum qui falsa loquitur non statim obstringit se mendacio, fieri enim potest ut dicat aliquis quod res non est, sed inscius & sine animo falsa proferendi. Porrò omnis ignorantia *καὶ δέοντη* seu pravæ dispositionis est cum falsiloquio conjuncta, dum quis e. g. falsas sententias propugnat & tuetur ut veras, non item cum mendacio: Porrò discrimen est inter mendacium dicere & mentiri: nam qui mendacium ab alio dictum commemorat, & quod ex aliis audiuit falsum, sine fallendi animo aliis recitat, mendacium dicit, sed non continuò mentitur, tum mendacium dicere innuit *αἰτιοῦ* qui & viri boni esse potest ab aliis decepti, mentiri infert *αἰτιοῦ* ex habitu provenientem & non potest esse viri boni: qui mendacium dicit, ipse fallitur, cum se verum dicere credit: sed qui mentitur ipse fallit alios; verūm deniq; dicere potest qui dicit mendacium, ut qui ab alio commissum detegit cum cordis detestatione, ast qui mentitur, nunquam. Ultimò, dicens verūm logicè, potest mentiri ethicè, nam si quis crederet Antipodes non esse (quod & *অত্র* non nulli crediderunt, quia judicarunt eos non posuisse descendere ex Adami origine, tum necessarium fuisse & Christum apud antipodes nasci & mori, tum fore eos homines pendulos & quæ similes dubitandi rationes) contra mentem suam tamen diceret alium decepturus, *antipo-*

antipodes esse, verum logicè diceret, sed ethicè mentiretur: & contra si quis in papatu educatus purgatoriū esse ratus id diceret, ethicè verum diceret, at logicè falso. Pater ex hisce quid ad quæstionem propositam sit respondendum.

3. *An omnū simulatio per veracitatiū studium prohibeatur?*

Ita quidem videtur, quod veracis sit, scapham scapham, & sicum dicere, sed distinctione opus est inter simulationem, quæ deceptionem spectat, quæ peccati arguenda, & inter eam quæ non eō tendit, ut aliquis fallatur, sed consilia tantum occultat salubria, ne impedianter: hæc ut prudentiæ soboles excipienda & fovenda nec veritati aduersa est; gaudet enim prudentiæ moderamine veritas, & vult verum profetri habita ratione circumstantiarum loci, temporis, personarum & aliarum rerum. Ita interdum non omne verum dicendum est, nec est viri boni arcana fidei commissa divulgarer vel consilia quæ sine damno patescere non possunt; ita si quis taciturnitatis lege obstrictus, e. g. Principis consiliarius, interrogaretur de iis quæ in Senatu acta, vel si quis in ebrios, feroce & hostes incideret, licet simulatione uti posset circumspecte & prudenter: ita officiosa & jocosa simulatio, ut patet ex antecedentibus, admittenda, non ergo omnis prohibita est sed tantum perniciosa, qualis cætera simulatio in casu & causa religionis esse docetur à Theologis; sed de hac illi fusiùs.

4. *An Virtus Heroica specie differat à morali populari?*

Negativa sententia nostra est, affirmativa Thomæ, Timpleri & asseclarum: ille fundamenti loco, sed certè ruinosi, ponit exemplum liberalitatis & Magnificentia, & rationem extermorum Virtutis popularis & Heroicæ: & cum Liberalitas & Magnificantia, quæ in eadem versantur materia, distinctas species constituant, etiam Virtutem Heroicam & moralem popularem specie distingui: tum cum vitium à feritate distinctum videatur specie, etiam virtutem simplicem ab Heroica ita distinctam concludit. Sed ad 1. Resp. dictas virtutes differre objecti ratione formalí, unde præter cætera specifica differentia estimatur, ast hic formalis rationis est identitas. Ad 2. reponimus, vitium pariter & feritatem secundum magis & minus tantum differre, non autē specie. Timplerus (mirusLogic9) pro more suo sicutine pugnat argumentis: & urget quod virtus Heroica hominem

minem elevet supra communem naturæ humanæ conditionem, quod splendide suum finem attingat, quod non cedat in omnes homines, quod peculiari Dei afflatu excitetur, quod sit præstabilior & honoratior, id quod de communi morali æquè dicere non licet: sed ita nihil evincit aliud, quam quod virtus Heroica si virtus cum aliquà *υπερχή* & eminentia: Atqui eadem nostra est sententia: gaudet eadem definitione, fine, objecto, principiis & actibus virtus Heroica cum populari, nam e. g. Heroica fortitudo etiam medium servat inter metum & fiduciam: finis utrobiq; est felicitas, objectum internum & externum & principia pariter eadem utrobiq;, actus ubiq; virtutum iidem, nec enim heroes aliarum unquam virtutum splendore claruerunt quam popularium: unde ergo specifica differentia? gradualis est, non specifica.

5. *An virtus Heroica duntaxat moralium splendor sit?*

Solent extra Ethices Philosophicæ pomœria vagari nonnulli ethici & heroicam virtutem distinguere in divinam seu spiritualem & humanam, ad illam referunt qui in Dei dilectione, Spe & Fide perseverant; hanc in moralem & intellectualem subdividunt: exempla moralis heroicæ fortitudinis enarrant, Fortitudinem Iosuæ, Herculis, Achillis, Scipionis, Julij Cæsaris, Alexandri Magni & aliorum; Temperantia heroicæ claruisse referunt Josephum (de quo in genesi sacrâ) Agesilaum & Xenocratem, apud Athenienses Scipionem Africanum & alios; Magnificentiam Heroicam Salomonem, Mansuetudine & clementiam Julium Cæarem, humanitate excelluisse Vespasianum &c. Intellectuali Heroicâ celebres esse dicunt Salomonem sapientissimum, Aristotelem, Homerum, Euudem, scientissimos & clarissimos, Aesculapium & Hippocratem in arte medica excellentissimos. Verum de spirituall virtute disquirant Theologi: moralis vero & intellectualis nostræ jam est *Διοκέψεως*: de quâ & nostra est sententia, propriè moralis splendorem & Eminentiam esse Virtutem Heroicam, analogicè vero etiam intellectualem posse vocari heroicam: Heroes enim propriè vocantur qui morali virtute præcellunt, non vero qui intellectuali prædicti sunt, nisi *νοῆται αὐλογίαν*.

6. *An virtutis Heroicæ etiam fæmina capaces esse possint?*

Ex imbecillitate mulierculis facile propriè hoc ortum trahit

Σύγημα:

Εγένετο : Maximam verò illam esse nemo negaverit , ob quam & Plato quondam dubius fuit , utrum in genere eas poneret , rationarium animantium an brutorum , & ex Philosophis aliqui , citra consensum tamen dexterius Philosphantium , eas mares occasionatos & monstra appellare non dubitarunt & profectò ordinariè si consideratur varium & mutabile semper foemina est , animum habet imbecillorem , affectum turbulentiorē , nimis confidentiæ , patum roboris & constantiæ , unde & virtutis eminentia ipsi deneganda videtur , ut opinantur ; qui nostræ contrariam , negativam nempe propositæ quæstionis , astruunt sententiam : Verūm , veriorem tamen nostram judicamus , quia à sexus diversitate virtutum Ethicarum subjectum præscindit , & constat experientiā non paucas fuisse heroinas , quæ virtute hac fuerunt prædictæ : quales fuerunt Judith & Debora , de quibus in sacris , Semiramis , Amazones , Artemisia , Elisabetha Angliae Regina , & aliae , de quibus profanæ testantur historiæ . Tum negari non potest , inveniri oppositum hujus virtutis in foeminiis , qui igitur virtus ipsa iis posset denegari ? capaces sunt i equisitorum ejus , afflatus nempe divini , impetus admirabilis , Spiritus constantis , successus felicis , cur ergo ipsa virtute essent privanda ? Si verò eis deneganda esset propter accidentalem sexus imbecillitatem , eodem modo & viris foret deneganda , in quibus etiam non pauca impedimenta accidentaria deprehenduntur : Illis igitur quæ animo & affectibus masculæ , quæq; è meliore luto fidæ sunt , illa saltem capacitas , de quâ queritur , non erit non assignanda , & concedendum , heroinas pariter inter mulieres ac heroes inter viros virtute excellere posse .

7. *An semivirtutes etiam ad finem practicum seu summum bonum faciant?*

Affirmamus : at non capitishæc res est , unde nec capitalis nobis erit pugna cum illis qui in castris sunt negantum : Objiciunt hi , quod semivirtutes eo ipso dum imperfectæ salutantur , defectum aliquem bonitatis moralis involvant , at defectus ille rationem habet vitii ; qui ergo possunt ad præfixum in practicis scopum felicitatem scil. assequendam facere ? Obtendunt & illud quod perpetua rationis & appetitus lucta , quæ in Semivirtutibus deprehenditur homini viam ad beatitudinem obstruat , & impedimento sit : Reponimus

verò ad prius, quod non secundum imperfectionem qualemcumq;
quæ eis adhæret, dirigantur ad summum Bonum, sed secundum bo-
nitatem & perfectionem in suo genere, quatenus affectus malos
compescere laborant, & hominis animum ad perfectum virtutis
habitū & beatitudinem præparant, inclinant, & disponunt. Ad po-
sterius regerimus, quod licet per virtutem imperfectam expedite &
liberè quisquam ad summi boni fruitionem non possit pergere,
propendeat tamen ad virtutem, nec peccet consulto aut fraudulen-
ter, sed præter opinionem ex perturbatione, quod & adhuc bona in
eo electio honesti & recti; Secundum hæc & similia semivirtutes
etiam ad ultimum finem practicum directas esse, quis ibit inficias?

8. An & quomodo virtutes intellectuales spectent ad Ethicam?

Palestræ plenum est utrumq;; nos id propugnamus: perse &
directæ tractatione doctrinam de habitibus mentis non pertinere
ad disciplinam moralem, sed per modum utilis commentarii pro-
poni: Τὸ πάρεῖ μεθ' ἡμῶν! cum enim directæ de summo bono
theoretico ibi non sit agendum, & verò habitus intellectuales me-
dia sint ad illud acquirendum, non autem iis finis Ethics possit ob-
tineri, facile cui candor, bonorum peculiū, curæ, consentiet no-
biscum. Utī verò in Ethicis ἀναγενθῶσι incidenter & per viam
commentarii, de summo bono contemplativo Philosophus egit, ut
filio Nicomacho utrumq; Practicum sc: & theoreticum comimen-
daret bonum, & practici naturam explicaret & illustraret ple-
niū, cum alias opposita juxta se posita magis elucescant, oblique
etiam & illustrationis gratiā de intellectualibus virtutibus licuit ei
ibidem agere; imprimis quia Prudentia moralium directrix circulo
ethico fuit inscribenda, cui cæteræ ut sociæ addi potuerunt com-
modè.

9. An numerus quinarius habituum intellectualium sufficiat?

Ita solet numerus ille diduci & probari: quod intellectus verse-
tur vel circa necessaria vel circa contingentia: necessaria in triplici
sunt differentia, vel principia vel conclusiones, vel cōclusiones cum
principiis: habitus qui illa cognoscit, est intelligentia, qui istas, Scien-
tia, qui has Sapientia: Contingentium alia consistunt in actione,
quorum cognition Prudentia alia in effectione, quorum habitus Ars
salutatur. Ceterum hic numerus ab aliis redundantia, ab aliis in-
sufficien-

sufficientia arguitur, illic excipitur Sapientia ut habitus compositus, vel aggregatius & ab aliis Arts & Prudentia; hic objecta quædam habituum disciplinarum, e. g. Metaphysicæ & Gnostologiae profertuntur, quorum evolutiones ad nullam dictatum speciem non referri possunt. Nos veritatis studio ducti hic ut & alibi iudicio veritatis antistitum, penes quos hæc in parte est & vis & norma loquendi, subscribimus, & quædam ad *οὐλύτην* ipsam reservamus. Obiter autem notamus, frustra à nonnullis huc etiam citari habitus organicos, hi enim licet modum vera falsaque tractandi ostendant, ipsi tamen non enunciant, adeoq; natura principalium habituum in eos non quadrat. Restant.

AXIOMATA.

1. Veritas, si ex manifestatione ejus laeditur vel Dei gloria, vel salus publica, proximi & propria, occultari potest: si nullum ex his laeditur, licet manifestatur.
2. Heros qua talū non potest esse malus.
3. Cum spiritus capaces sint requisitorum Virtutis Heroicæ, etiam ipsius virtutis sunt capaces.
4. Feritas est deterior vitio morali.
5. Intemperantia deterior est incontinentia, & temperantia continentia præstabilior.
6. Intelligentia non est habitus naturalis sed acquisitus, ut reliqui dianoetici habitus.
7. Sapientia prime conditiones sunt sex, 1. omnia cognoscere in universali, 2. scire difficultaria, 3. habere notitiam certissimam, 4. habere maximam aptitudinem ad docendum, 5. Propter se experti, 6. præesse aliis.
8. Scientia reddit animum hominū ἀμετάπλωτον καὶ ἀμετατικόν.
9. Artes sunt extra Philosophia pomeria.

Οἰ λόγοι ἀνδρεῖσθε, ζῶντες μερόποιοι χρονίων,
Τῷ μέδουπ κλίσθε τῷδε καὶ αὖτε εο!



EI

ET te nobilior rāpit ad certamina thyrus
WERNECCI, Aonidum gemmula, noster amor?
Aggrederū Claram docto sub Praeside pugnam
Miles in Aoniis nobilitatus agrū.
Vera probas, removes rationis acumine falsa,
Errorum nebulas discuris atq; probē.
Nempe tui studii sic proposuisse laboras
Telam, & profectus sic documenta dare.
O bene! rem cedro per agis dignissimam, ad astra,
Incedis quā nunc, bāc datur ire viā.
Flamine perge bono, tantū ego gratulor ausis;
Præmia sudoris spendet Apollo tibi.

Jacobus Rademin, Soltquellensis.

ET tu WERNECCI cultor pergrate Minervæ,
Praeside sub claro prælia docta subis?
O bene! sic veram rectâ contendis ad ædem,
Vivida semper ubi nomina vendit honor,
Non sterilis labor, at prædivite fertilis usu,
Quem seris heic, laudis publica messis erit.
Atq; reportabis vicitria signa. Minerva
Præmia promittit digna labore tuo.

Wernerus Becker/Soltquellæ.
Marchicus.

HENRICUS WERNECCIO

avæg.

Hunc cerne verus civis.

Qui, cum de vero, qui de virtute animosa
Heroum & Meniū differis egregie,
Verè & cum virtute probas, has non sine fructu
Aonidum claras te incoluisse domos.
HUNC, age, C E R N E, modum ut præuentis ritè sequaris,
Sic harum VERIUS CIVIS habendus eris,

Joachimus Schulze/ Luchoviâ
Brunsvigus.

•\\$ (○) \\$•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729606414/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729606414/phys_0019)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729606414/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729606414/phys_0020)


DFG

Cyprua: Maximam verò illam esse nemo negat. Plato quondam dubius fuit, utro in genere ealium animantium an brutorum, & ex Philosopho sensum: amen dexterius Philosopphantum, eas & monstra appellare non dubitarunt & profec sideratur varium & mutabile semper foemina est becillorem, affectum turbulentiorum, nimis corboris & constantia, unde & virtutis eminen videtur, ut opinantur, qui nostrae contrariam propositae questionis, astruunt sententiam: Verum nostram judicamus, quia à sexus diversitate vi subjectum præscindit, & constat experientia nostra, quæ virtute hac fuerunt praeditæ: quale Debora, de quibus in sacris, Semiramis, Amazon betha Angliae Regina, & aliae, de quibus profanæ Tum negari non potest, inveniri oppositum hujus, qui igitur virtus ipsa iis possit denegari? caprum ejus, afflatus nempe divini, impetus admirastantis, successus felicis, cur ergo ipsa virtute verò eis deneganda esset propter accidentalem, eodem modo & viris foret deneganda, ita pauca impedimenta accidentaria deprehendunt animo & affectibus masculæ, quæq; è meliore lumen capacitas, de quæ quaritur, non erit non assendum, heroinas pariter inter mulieres ac hercute excellere posse.

7. An semivirtutes etiam ad finem practicu bonum faciant?

Affirmamus: at non capitishæc res est, un bis erit pugna cum illis qui in castris sunt negati, quod semivirtutes eo ipso dum imperfectæ sa aliquem bonitatis moralis involvant, at defectus virtutis; qui ergo possunt ad præfixum in practicis scil. assequendam facere? Obtendunt & illud quinis & appetitus lucta, quæ in Semivirtutibus dep viam ad beatitudinem obstruat, & impedimen

B 3



the scale towards document